



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanuelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Debita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

Si per mortem, vel longā absentia vacauerit custodiat, alius eligi potest à Prouinciali, & prouincia discretis; similiter si impeditus fuerit vel per negotium magni ponderis, vel per ægritudinem, aut illius imminens periculum ex longo itinere, iudicio Medicorum, incurrendum: Secus, si non impeditus vellet liberè renunciare, quia hoc casu non habent Prouinciales, & discreti auctoritatem eligendi alium. *art. 5.*

DEBITA.

Vide Conueniri, Nouitius.

Regulares possunt conuenire laicos debitores coram Iudice seculari Ecclesiastico, aut laico, pro qualitate causæ. *art. 4. to. 2. qu. 62.*

Debitor ingrediens Religionem in fraudem creditorum non est recipiendus ad Monachatum; si tamen ingrediatur, ipsum Monasterium satisfacere debet creditoribus de bonis per eum allatis. Quæ quidem procedunt, quando debitor ingreditur Monasterium, antequam illum creditor capiat, & executionem aduersus illum faciat: *secus*

DECI MAE. 107
secus enim potest conueniri coram
Iudice saeculari. *art. 6.*

DECI MAE.

Vide Excommunicatio, Tributum.

Exemptio.

Moniales priuilegio, & ratione
M ipsa non tenentur soluere pri-
mitias, decimas, & census, & alias
quascumque collectas & exactiones
Episcopales, nisi sint sufficienter
dotata. Porro quia de sufficientia
magnum erat dubium; *Greg. XIII. ad*
Clarissas decreuit hanc dotem tan-
tam esse debere, vt vnaquæque So-
ror habeat annuatim 25. Ducatos
de Camera, quæ quidem constitutio
Greg. XIII. haecenus non est reuoca-
ta. to. 3. q. 74. tit. 16.

Medicantes ex multis priuilegiis;
& praesertim ex amplissimo dato
Patribus Iesuitis à *Paulo III. &*
Greg. XIII. nullam decimam, vel con-
tributionem etiam Papalem pro
quacumque causa ex omnibus praediis,
& bonis suis quomodocumque
datis, aut acquisitis debent soluere,
nec similiter eorum coloni aut ar-
rendatarij temporales, quod iustis-
sime

sime